



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

2. Quae differentia inter rescripta gratiae & justitiae? an & quomodo
rescripta efficiantur subreptitia? quaenam inserenda in supplicatione pro
rescripto?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

ra ad beneficia, vel lites, *cap. constitutus de concess. preb: cap. 1. hoc. tit.* quæ jus inter partes faciunt, *cap. in causis de re judic. & L. fin. C. de leg. & conficiuntur* narratione, supplicatione, quæ duæ partes impetran-tem respiciunt, & conclusione quæ con- cedentem respicit: *Bald in cap. super literis n. 24 hoc tit.* quam quidem ultimam par-tem practici vocant dispositivam, eò quod ibi Papa addat clausulas illas, quas vult concedere. *Rebuff. in praxi. tit. de sign. gratien. 23. p. 1.*

2. Impetrare rescriptum potest, qui- cunq; jure non est prohibitus *cap. 1. de re- script: in 6.* sive actor sit, sive reus, *cap. cete- rum eodem.* etiamsi sit Filius familiâs, quia non reperitur prohibitus. *Vallens. lib. 1. de- cret. hoc tit.* quin etiam Monachus, licet sit mundo mortuus, *can: placuit. 16. q. 1. & ser- vis Dei lites frequentare non liceat, cap. 2. de postul:* tamen rescriptum impetrare po- test, in quantum illi convenire, & subser- vire valet *Rebuff. hoc tit. n. 3.* Impetrare ve- rò non potest. 1. excommunicatus *cap. 1. eod: in 6.* & ab eo impetratum, super alio quàm excommunicationis, vel appellatio-

nis articulo pro sui defensione, est ipso jure nullum: sicut & id, quod indè secutum est. 2. Servus L. 1. C. de prec. Imperat. offer: nisi ex atrocissimis causis. L. 2. ff. de his qui sui vel alieni juris. 3. Hæreticus L. 2. C. de sum: Trinit: cap. ex parte eodem tit. 4. falsus Procurator.

3. Rescripta gratiæ & justitiæ diverso jure censentur, nam rescriptum per sub, & obreptionem impetratum ad beneficia, est ipso jure nullum cap. audiētiam. cap. constitutus. hoc tit. Felin: hoc cit: cap. & alij. Rescripta ad lites per sub, & obreptionem impetrata, non sunt ipso jure nulla, sed ope exceptionis annullanda. cap. si autem. cap. plerumq; hoc tit. Felin: cit. loco Butr. cap: cum dilecta num: 3. & 10. hoc tit. Differunt prætereà, quod rescripta gratiæ sint perpetua, cap. decet de regul: jurus in 6. cap. si cui multa de præb: in 6. rescripta verò justitiæ intra annum præsentari debeant, & morte concedentis exspirent. cap. si autem cap. gratum de officio delegati. Idem quòd in rescriptis gratiæ inspicitur tempus datæ, cap: si eo tempore hoc tit: in 6. item quòd rescriptum ad lites sine speciali mandato impe-